Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Vicentes autem conservi ejus
que fiebant contristati
sunt valde; et venerunt
et nunciaverunt domino suo omnia
quæ facta fuerant. Tunc vocavit
illum dominus suus et ait illi,
Serve nequam, omne debitum di
misi tibi quoniam rogasti me;
nonne ergo oportuit et te
misereri conservi tui sicut et
ego tui misertus sum? Et
iratus dominus eius tradidit
eum tortoribus quoadusque
redderet universum debitum.
Sic et pater meus celestis faciet
vobis, si non remiseritis unus
quisque fratri suo de cordibus
vestris. Oratio. Recordare mihi
domine omnipotentissime dominans
da sermonem rectum in os meum ut
placeant verba mea in conspectu principis,
Suscipe domine. Secreta.
Suscipiens hostias quibus
et te placari voluisti, et
salutem vobis potentes peccatorum
restitue. Communio. Dico vobis gaudium
erit angelis dei super uno peccatore penitentiam
in mortalitatis. Postcommunio. Agentes
alimonia consecuti quæsumus

domine ut quod ore percipimus
pura mente sectemur. P.

Dominica xxiiij.

Dicit dominus ego
cogito cogitationes pacis
et non affliction
nis invocabitis me et ego ex
audiam vos et reducam captivi
tatem vestram de cunctis locis.
Ps. Benedixisti domine terram tuam
avertisti captivitatem iacob. Oratio.
Excita quæsumus domine tuorum
fidelium voluntates;
ut divinum opus fructum
pietatis exequentes, peccatis
tuæ venia mereamur propitiari.
Fratres. Lectio. ad philippenses.
Fratres mei estote,
et observate eos qui ita
ambulant sicut habetis formam
nostram. Multi enim ambulant
quos sæpe dicebam vobis: nunc autem
et flens dico inimicos
crucis xpi, quorum finis interitus,
quorum deus venter est, et gloria
in confusione ipsorum qui terrena
sapiunt. Nostra autem conversatio
in celis est. Unde etiam salvatorem